



RUSSIA  
seu  
MOSCOVIA  
itemque  
TARTARIA  
Commentario Topo-  
graphico atque  
politico illus-  
trata.

LUGD.BATAVORVM  
Ex officina ELZEVIRIANA.  
ANNO CIJ IDC XXX.  
*Cum privilegio.*

Q V Æ I N H O C  
commentario continen-  
tur hæc sunt:

R V S S I A.

I.

**R**VSSIAE topographica  
descriptio, è probatissimis  
autoribus compendio de-  
prompta.

II. Soli cælique qualitates; fru-  
ges, aliaque commerciis apta.

III. De ingeniis & moribus in-  
colarum.

IV. Regimen politicū & civile.

V. Reditus Principis, quibus re-  
bus consistunt.

VI. De moneta Russica.

VII. De militia Russorum.

VIII. De familia magni Ducis  
Muscovie, & principum successione.

IX. De Samoiedarum moribus.

X. Magnus Moscorum Dux.

# TARTARIA.

## I.



Xcerpta è Michalonis Lituanici fragmentis de moribus Tartarorum.

II. De Tartarorum origine, moribus, tam domi quam in bello, disciplina. E Thuano.

III. Tractatus de Tartaris Procopensis, Chersonesii, & Bosphorii.

IV. Martini Broniovii de Bierezfedea, ad Tartarum legati, Tartaria.

V. Excerpta quadam ex Sabellico, aliisque.





I.

R V S S I A E T O P O G R A P H I C A  
descriptio , è probatissimis autho-  
ribus compendio deponita.

**V**S S I A , quæ & Muscovia à metropolios nomine vulgo dicitur , fines habet ad arctum Lappiam , & oceanum septentrionalem ; ad orientem Tartaros Nagaios ; ad meridiem Tartariam Cri-micam sive Perecopensem ; ad occidente denique Polonię , Lithuaniam , Livonię , Sueciam . Quemadmodum jam uni Principi paret , continet provincias hasce : Volodemeriam , Moscoviam , Nišnovogrodiam , Pleskoviam , Smolensko , Novogrodiam Velicam , Rostoviam , Yaruslaviam , Bealezeram , Rezam , Dvvinam , Corgapoliam , Meshoram , Vagham , Vſtugam , Galetsam . Quibus superiori seculo Principes Russiæ armis acquisitas adjunxerunt Tiverram , Yonghoriam , Permiam , Vadskam , Boughoriam , Chernigo , Oudoriam , Condoram , & magnam Siberię partem ; cuius incolæ non sint Russi , tamen

A ; parent .

M O S C O V I A.

les Russiæ Duci pro tributo ferunt. Nullæ hic urbes aut arces, ac ne pagi quidem.

*Lucomoria Regio.*

**H**æc Regio longo tractu juxta mare septentrionale protenditur. Incolæ passim in sylvis & campis degunt. Huic regioni confines sunt; Grushtintzi & Ser-podovvtzi. à castro Grushtina ad lacum Kitaysko sita ita dicitur. Ab hoc lacu homines nigri, communis idiomatis ignari, ad Grushtinam arcem solent accedere, varias merces deferentes, præcipue uniones, gemmasque varias, quas Grushtintzi ab ipsis permutatione mercantur. Omnes autem Lucomoriæ incolæ magno Ducis sunt vestigales. Ex Lucomoriæ montibus Cossen fluvius oritur, qui in magnum flumen Tachnum descendit.

*Loppiæ Regio.*

**A** Lucomoria ultra tendendo secundum mare glaciale Loppi populi agunt, barbarum & brutum hominum genus, qui incertis sedibus vagantur, piscibus & ferina viuitates, & panis usum omnino ignorantes. Idioma proprium habent & Rudis Duci tributum pendere dicuntur. Regio illorum frigidissima est.

*Ceremissæ populi.*

**C**eremissi, Mordovotes, & Vachines, inter Viatkam & Volegdam provincias, vastas sylvas sine certis latibus